NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

65 Nº 9 1938

S. Congrégation des Sacrements. La garde du T. S. Sacrement.

Émile BERGH (s.j.)

p. 1088 - 1101

https://www.nrt.be/en/articles/s-congregation-des-sacrements-la-garde-du-t-s-sacrement-3608

Tous droits réservés. © Nouvelle revue théologique 2026

La garde du T. S. Sacrement. — (Instruction du 26 mai 1938. — *A. A. S.*, XXX, 1938, p. 198).

1. — Nullo unquam tempore Apostolica Sedes locorum Ordinariis praesidia et cautelas suppeditare praetermisit, quibus Ssma Eucharistia, quae asservatur in nostris ecclesiis sive de iure communi sive ex indulto, diligenter custodiretur neve ulli profanationi obnoxia remaneret. Canonicae disciplinae praecepta, quae temporum decursu ad rem praestituere sategit, hodie recepta conspiciuntur in canone 1269 Codicis Iuris Canonici, qui talia habet :

§ 1. *Sanctissima Eucharistia servari debet in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito.*

§ 2. *Tabernaculum sit affabre extructum, undequaque solide clausum, decenter ornatum ad normam legum liturgicarum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.*

§ 3. *Gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare, super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. 1271.*

§ 4. *Clavis tabernaculi, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, diligentissime custodiri debet, onerata graviter conscientia sacerdotis qui ecclesiae vel oratorii curam habet.*

---

(9) Dans les communautés religieuses entre autres, a été répandu un tract émanant d'un éditeur belge, muni de l'imprimatur d'un diocèse hollandais. Il affirme que Notre-Seigneur « menace gravement ceux qui rejettent cette dévotion ou qui osent contrecarrer les désirs ardents de son cœur » (*Revue des Communautés religieuses*, 1938, p. 119, 131). Cette même note de menace se retrouve chez Th. Higginson.

(10) *Godsdienstige Week van het Bisdom Gent*, 24 Juni en 1 Juli 1938.

2. — Huic S. Congregationi, cui disciplina septem Sacramentorum tuenda est commissa (can. 249), quaeque iam edidit Instructionem diei 26 Maii 1929 (1) « *de quibusdam vitandis atque observandis in conficiendo Sacrificio Missae et Ssmae Eucharistiae Sacramento distribuendo et asservando* », opportunum visum est canonica praescripta in mentem omnium revocare, quibus Ssmae Eucharistiae asservandae grave sane munus incumbit, brevibus additis explicationibus, aliaque munimenta et media decernere, nostris temporibus magis accommodata, quibus Ssma Eucharistia sedulissime custodiatur et a quacumque iniuria integra praeservetur.

3. — Fidelis observantia praeceptorum quorundam canonum C. I. C. valde confert ad optatum pernobilem finem attingendum. Animadvertatur prae primis duo sub gravi praecipi ut Ssma Eucharistia in ecclesia possit asservari : 1° *ut adsit qui eius curam habeat ;* 2° *regulariter sacerdos semel saltem in hebdomada missam in sacro loco celebret* (can. 1265 § 1). Si vero quandoque Apostolica Sedes ob penuriam sacerdotum indulget ut sacrum quintodecimo quoque die dumtaxat litetur ad sacras renovandas species, secluso semper earundem corruptionis periculo, nunquam tamen dispensat, immo instanter urget, ut habeatur persona quae die ac nocte Ssmi Sacramenti custodiae incumbat (2).

Praeterea tria sunt prae oculis habenda in supra relato can. 1269 : *a)* Ssma Eucharistia asservari debet in tabernaculo inamovibili (§ 1) et undequaque solide clauso (§ 2) ; *b)* tabernaculum tam sedulo custodiendum est ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur (§ 2) ; *c)* clavis tabernaculi diligentissime sacerdoti custodienda est (§ 4). De singulis nonnulla sunt animadvertenda.

4. — *a) Tabernaculum sit inamovibile et undequaque solide clausum* : ab hoc praecepto per se gravi nec Episcopus valet dispensare nec ei consuetudo etiam centenaria et immemorialis derogare, excepto casu de quo in § 3, eoque iam tamquam primo praesidio consulitur securitati custodiae Ssmae Eucharistiae. Clausura vero undequaque absoluta secumfert ut ciborium sit confectum ex materia solida et firma. Equidem iuxta liturgicas leges tabernaculum extrui potest ex ligno, aut ex marmore aut ex metallo (3), quae postrema materia est ceteris firmior ; quod tamen magis interest, conficiatur oportet ex solida materia, singulaeque partes intime inter se cohaereant, reseratio maximam exhibeat securitatem ac fortiter ostiolo adhaereat, cuius cardines firmiter sint constituti ac dispositi, qui ipsum ciborio inserant. Nonnullis in locis Episcopi praescripserunt ad maiorem Eucharistiae securitatem ut ciborium ex integro metallo consisteret, quae quidem praescriptio, in locis ubi viget, absolute debet observari, ut

(1) *Acta Ap. Sedis,* vol. XXI, p. 631 seq.
(2) Cfr S. R. C. resp. diei 17 Februarii 1881 ad Episcopum Altonen. (decretum n. 3527).
(3) *Caeremoniale parochorum iuxta novissimas A. S. sanctiones concinnatum,* art. VII, *De tabernaculo,* etc., n. 9 ad 4.

docet Emus Card. P. Gasparri (4). Optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea, quam vocant (vulgo *cassaforte, coffre-fort)* adeo ut nec perforari nec effringi possit mediis, quae ordinarie adhibentur a furibus, eaque validis ferreis seris altari arcte debet devinciri in infimo eius gradu aut parieti adverso. Hae vero ferreae arcae aut in forma ciborii extrui debent, quae dein sunt marmoreo lapide contegendae ceterisque ornamentis condecorandae, adeo ut speciem cuiusdam operis affabre confecti prae se ferant ad normam § 2 relati canonis ; vel saltem ita conficiantur ut in tabernaculis iam exsistentibus possint immitti. Huiusmodi tabernacula « de securitate » (italice *di sicurezza*) nuncupantur. Ad quamlibet vero dubitationem auferendam quoad legum liturgicarum observantiam in hisce conficiendis tabernaculis attendatur responsio S. R. C. diei 1 April. 1908 ad preces sibi porrectas nomine Ordinariorum Provinciae ecclesiasticae Milwaukien. in America sept. a quodam Sacerdote qui pro adprobatione exhibuerat novum tabernaculum solidissime extructum et quidem ita confectum ut nullimode repugnaret neque rubricis Ritualis Romani, neque eiusdem S. C. decretis : « Communicetur sacerdoti oratori responsum S. R. C. in casu simili datum sub die 18 Martii 1898 : nempe finem inventoris esse laudandum, negotium vero in casu et ad effectum de quo agitur, spectare ad ipsos locorum Ordinarios ».

Pariter in una Superioren., *de nova quadam custodia Ssmi Sacramenti* : Revmus Episcopus, quo securius procederet in approbando quodam tabernaculo, a S. R. C. reverenter expetivit : « an satisfaciat regulis liturgicis descripta forma ostii semicircularis, quod globulis impositum sine cardinibus volvitur, ita ut ex hac parte nihil obstet quominus ab Episcopo sacerdotibus commendetur vel debeat tabernaculum instrui ostio vel ianuis, quae cardinibus adhaereant atque ita volvatur » ; et S. Rituum Congregatio, requisito Commissionis Liturgicae suffragio, propositae quaestioni ita die 8 Maii 1908 respondere censuit : « In casu, per se nihil obstare, de cetero ad Revmum Episcopum ».

Equidem adhibitis hisce ciboriis solidissimis altero efficaci praesidio consulitur custodiae Ssmae Eucharistiae. Porro Sacra haec Congregatio onus non imponit huiusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis, quae ordinariis sunt instructae ciboriis, dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur in ecclesiis noviter aedificandis : id vero enixe commendat Exemis Episcopis ut, pro eorum zelo erga Ssmum Sacramentum, pervigilent caveantque ut et ordinaria ciboria, quae usui sunt in ecclesiis eorum dioecesis, eam prae se ferant soliditatem ad omne periculum sacrilegae profanationis arcendum, illaque severissime amoveant tabernacula quae omnimodam certitudinem non ingerant de huius periculi absentia.

5. — *b)* « *Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur* ». Non sufficit ut in loco consistat custos, satis non est ut ciborium tali sit praeditum firmitate

(4) *De Ssma Eucharistia*, II, 263, n. 994.

ut neque terebra transfodi possit neque scalpro disiungi atque claustris adeo validis sit munitum, ut clavibus quoque adulterinis nequeat reserari : tertium praesidium a iure requiritur : *sedula* custodia. Porro haec vigilantia, continuo exercenda, plurimas complectitur cautelas et communes et extraordinarias, prout postulant locorum et temporum adiuncta.

Quod vero attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut sit clericus, immo sacerdos, non prohibetur quod sit laicus, *modo clericus respondeat de clavi*, qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. Hunc prope locum moretur oportet diu noctuque, adeo ut celeriter compareat quando casus ferat, seu continenter vigilantiam exerceat : nunquam ecclesiam deserat tempore quo haec fidelibus patet et ab his magis deserta relinquitur, idque pressius est urgendum in urbium ecclesiis, ubi fures uti tales fidelibus ignoti per templa vagantes peregrinorum aut mendicantium habitu perattente momenta aucupantur, quibus vigilantia intercipitur et motu celerrimo, veluti ictu oculi, sacrilega furta perpetrant ; aut loca invisunt, fores, fenestras, cancellos, ianuas, praesertim haud principales, accurate rimantur diurno tempore ut dein nocturno ad exsecutionem improbum consilium demandare pertentent. Quod si rarius accidit in pagis, ubi praesentia personae extraneae ibique haud cognitae, quae ecclesiam circumeat et ingrediatur, facilius animadvertitur suspicionemque ingerit in sacerdotibus atque fidelibus, id non relevat tamen parochum rectoremve ecclesiae ab obligatione Eucharistiae custodiendae, cuius ratio modusque ipsius prudentiae relinquitur inspectis loci adiunctis, e. g. tum per se ipse aliquoties in die ecclesiam invisendo, tum vigilantiam per diem committendo probatis personis circum morantibus, tum privatam paroecianorum visitationem Ssmi Sacramenti praestituendo variis diei horis peragendam.

Attente debet invigilari etiam operariis ceterisque personis, quae laboris intuitu aliisve de causis ecclesiam, sacrarium, sacerdotis custodisve domum eisdem contiguam frequentant.

Nec sedula custodia Ssmi Sacramenti a iure praescripta remittenda erit tempore nocturno, quando ecclesia est obserata. Praecipuae cautiones autem pro nocturnis horis adhibendae, quas prudentia requirit, *ordinariae* seu iugiter adhibendae tum pro Ssma Eucharistia tutanda tum pro praecavendis direptionibus sacrorum vasorum, tabularum, eleemosynarum atque supellectilium ecclesiae, recensentur : 1° omnes ecclesiae fores communiantur, quatenus necessitas postulet fierique possit, firmis valvis, validis claustris obicibusque et quidem ita ut ab interiore ecclesia clavibus aperiri dumtaxat queant, fenestrae vero transennis vel clatris ; 2° accurate est inspiciendum quoties vespere ecclesiae obserantur ne quis homo malevolus includatur ; 3° officium ecclesiae claudendae eiusque claves committantur personis omni suspicione maioribus, praecipue vero vino non deditis. Hisce cautelis aliam valde commendatam addere velimus, quae in dies usitatior evadit quaeque utile nonnunquam praebet auxilium ad praecavenda furum molimina, ubi usui est : nempe collocationem opportunis in locis tintinnabulorum vi electrica pulsandorum, dum portae aperiuntur,

vel eaedem aut tabernaculum aut altare aut mensa aut candelabra tanguntur, quorum ope sacerdotis custodisve attentio repente provocatur ; aut speciales electrici apparatus, qui ecclesiam repente illuminent custodemque de furum praesentia statim certiorem faciant : hi tamen apparatus, ut optatum consequantur finem, erunt scite et ingeniose tegendi, ita ut quamlibet adimant furum suspicionem, quotidieque inspiciendi ut suo munere apte fungantur.

Specialis extraordinaria providentia demum prostat in § 3 relati canonis : « *gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can. 1271* ». Hic locus de more est sacrarium, dummodo reapse sit locus tutior et decens, vel arca solidissima et optime clausa (italice *cassaforte)*, si haec sit praeferenda, muro inserta in quodam ecclesiae pariete. Quodsi nec ecclesia nec sacrarium necessariam perhibeant securitatem, Eucharistia poterit retineri in alio loco tutiore, etiam privato : tunc parocho est cura adhibenda ut debita reverentia et honore Ssmum Sacramentum custodiatur neque minuatur fides fidelium in praesentia reali. In huiusmodi vero asservatione Ssmae Eucharistiae Sacrae Species non sunt corporali dumtaxat contegendae, sed semper in vase seu pyxide includendae (5) : insuper cum e ciborio ecclesiae educuntur aut ad ipsum referuntur, opus est ut sacerdos superpelliceo et stola sit indutus eumque clericus comitetur lumen gestans saltem regulariter.

Curandum est praeterea ecclesiarum rectoribus ad furta praecavenda ut in tabernaculis, quantum fieri possit, non relinquantur pyxides et vasa sacra magni pretii, unde cupiditas audaciaque furum magis alliciatur : quum haec vasa occasione quarundam sollemnitatum adhibentur, valde est optandum ut tempore postremae Missae purificentur et loco tuto reponantur, qui sacrarium non sit ; particulae vero, quae superfuerint, in ordinaria pyxide collocentur. Pariter abstineant a decorando altaria et sacra simulacra sculpta vel picta (eademque assidue decorata servando publico cultui exposita) eximiis muneribus votivis, qualia sunt aurei et argentei anuli, catellae, monilia, inaures, margaritae et similia : quod si id facere praestet occasione cuiusdam diei festi, eodem exacto, ea munera ab ecclesia satagant removere causamque remotionis probe fideles edocere.

6. — *c)* « *Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur* ». Omnes cautelae, quas hucusque recensuimus, ad irritum redigentur si, quod potissimum in hac re est curandum, clavis tabernaculi caute non custodiatur, ut expresse cavet can. rel. § 4, *gravi conscientiae onere* adiecto sacerdoti, cui haec est custodia commissa. Ut huic *diligentissimae custodiae* canone praescriptae ab ecclesiae rectore satisfiat, ipsi districte praecipitur ut clavis tabernaculi nunquam super mensa altaris aut in claustro ostioli relinquatur, ne tempore quidem quo mane divina officia ad Sacramenti altare et Sanctissimae Communionis distributio peraguntur, praesertim si hoc altare haud in

(5) Cfr cit. decr. Altonen., not. 2.

conspicuo sit. Hisce vero absolutis, clavis vel ab ecclesiae rectore domi custodiatur aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram clavem uti supra rector tueatur (6).

Sedulo perpendant sacerdotes Ssmae Eucharistiae custodes officium custodiendae diligentissime clavis S. Ciborii esse grave, prout aperte ostendunt finis ipsaque verba legis. Sacerdos, cui ius et officium ordinarie et per se competit custodiendi clavem, est rector ecclesiae vel oratorii : quodsi discedat, potest et debet pro tempore absentiae alii sacerdoti committere custodiam ; et si clavem in sacrario retineat sub alia clavi, potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esse queat : quod praxis ubique recepta manifeste confirmat. Si agitur de ecclesia paroeciali, clavis parocho custodienda est ; si de ecclesia cathedrali aut collegiali, quae simul sit paroecialis, ad Capitulum spectat custodire Ssmam Eucharistiam, et altera tabernaculi clavis apud parochum servari debet (can. 415 § 3 n. 1). Ad parochum pertinet exclusivum ius retinendi clavem tabernaculi, etsi in ecclesia paroeciali erecta sit confraternitas. In ecclesiis non paroecialibus ubi ex A. Sedis indulto asservatur, custodienda est cappellanis seu rectoribus, nunquam laicis, etiamsi patroni sint : sine apostolico indulto laici per se clavem ciborii retinere nequeunt.

7. — Specialia veniunt adnotanda de custodia clavis tabernaculi in ecclesiis monialium vel religiosarum et in piis seu religiosis domibus mulierum. Inspecto primum statuto can. 1267 quo Ssma Eucharistia, revocato quolibet contrario privilegio, custodiri nequit in religiosa vel pia domo nisi vel in ecclesia vel in principali oratorio, nec apud moniales intra chorum vel septa monasterii, id dein alte in mente Ordinariorum residere debet atque adamussim exsecutioni demandari, *clavem S. Ciborii non esse custodiendam inter septa monasterii* (7). Ipsa est igitur in posterum asservanda in sacrario ut praesto sit, quoties necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae sacris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, et quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur. Huiusmodi praescriptum probe inspiciant Excmi Episcopi et in eodem exsequendo rigide se gerant, quacumque personarum acceptione posthabita, ut praecaveantur abusus atque irreverentiae, quae secus redundare possunt in Ssmam Eucharistiam.

8. — Quod attinet ad oratoria seminarii et collegii ecclesiastici,

(6) Cfr Encycl. litt. iussu Benedicti XIV edit. a S. C. EE. et RR. die 9 Febr. 1751.

(7) Cfr S. R. C. resolutio diei 2 Maii 1878 ad VI (decretum n. 3448) ; Emus Card. Petrus Gasparri, op. cit., 266, n. 998.

ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa eruditione atque institutione, nosocomii aliusque id genus hospitii, quae potestate Ssmae Eucharistiae asservandae fruantur, tabernaculi clavis custodienda erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano de more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat.

9. — Quod demum refert ad privata oratoria, quae ex apostolico indulto facultate pollent Ssmam Eucharistiam esservandi, ciborii clavis custodiri solet in sacrario potius cura familiae quam cappellani (8) ; at, si Episcopo praestare videatur ut clavis indultario custodienda non tradatur, eam aut sacerdoti celebranti committat, praesertim si hic stabiliter sacrum ibi litet, aut parocho deferat, singulis deinde vicibus, si commode potest, sacerdoti celebraturo exhibendam. Indultariis laicis, quos clavis custodia manet, in memoriam revocandum est, clericis vero quacumque dignitate fulgentibus perpendendum, grave sane officium ipsis impositum esse vigilandi ne clavis ad cuiusquam manus perveniat etiam de ipsorum familia vel famulatu.

10. — Sacram Congregationem non praeterit enunciatas cautelas propositum finem plene haud esse assecuturas, nisi Exemi Episcopi locorumque Ordinarii, una cum earundem observantia parochis, ecclesiarum rectoribus, institutorum omne genus moderatoribus, monialium antistitis praecepta, quatuor haec, quae magnopere nostra intersunt, prae oculis habeant :

a) Praesertim dum sacras peragunt dioecesium visitationes, sed etiam extra easdem, quoties casus ferat, per se aut per idoneas ac prudentes ecclesiasticas personas diligenter inquirant animadvertantque de visu quomodo in singulis nedum paroeciis sed et ecclesiis, oratoriis, etiam privatis, hoc iure fruentibus provisum sit securitati custodiae Ssmae Eucharistiae et quoties comperiant non ea omnia concurrere, quae iure postulantur, eadem praecipiant quam cito exsequenda, brevi tempore ad id praestituto, sub poena multae pecuniariae et etiam suspensionis a divinis pro sacerdotibus aut a munere, pro gravitate culpae, ab iis incurrendae, quibus officium competit omnia securitatis praesidia subministrandi. Neque ab huiusmodi onere easdem personas relevent ex reddita forsan ratione quod nulla profanatio aut inconveniens in antecessum acciderit ; quae enim infecta hucusque sunt, temporis decursu et hominum malitia, posthabitis necessariis cautelis, fieri possunt.

b) Quoties furta sacrilega quibus Ssma Eucharistia violatur in sua Dioecesi (quod Deus prorsus avertat) quacumque de causa acciderint, loci Episcopus vel per se, quod est optandum, vel per suae Curiae Officialem, ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum aliumve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exemptum Ssmi Sacramenti custodiae praepositum, actaque processus idem Episcopus ad hanc S.

(8) Emus Card. P. Gasparri, op. cit., II, 267, n. 999.

Congregationem transmittat cum suo voto quo prae primis accurate describat eiusdem furti temporis et loci adiuncta, et dein, actis processus eiusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cuius culpae aut neglegentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra sontes infligendas proponat et huius S. Dicasterii mandata praestoletur.

c) Mature perpendant severitatem poenarum, quae can. 2382 statuuntur contra parochum, qui graviter neglexerit custodiam Ssmae Eucharistiae etiam citra excessum huius violationis, quaeque usque ad paroeciae privationem progrediuntur ; inspecto vero fine legis curent ut analogis poenis plectantur et alii ecclesiae rectores, congrua congruis referendo, qui graviter delinquant in arduo eis commisso munere obeundo, collatis ad id necessariis et opportunis facultatibus per hanc S. Congregationem, quatenus opus sit. Quibus aufugiendis poenis haud suffragatur causa forte a parocho aliisve, quibus SS. Species custodiendae incumbunt, allata qua tabernacula patentia relinquantur clavesque in loco tuto non custodiantur alius sacerdotis incuria : ipsos enim manet diligens sollersque cura sacrorum vasorum et Ssmae Eucharistiae propriumque munus fideliter et vigilanter cavendi ne, divinis officiis absolutis, ciboria exponantur cuilibet iniuriae sacrilegaeque direptioni. Equidem est animadvertendum et in memoratum sacerdotem et in quemlibet alium huius neglegentiae reum similibus poenis, quippe qui occasionem tanto sceleri sua culpa dederint. Ut autem locorum Ordinarii poenis prosequi queant et delinquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos iuxta has apostolicas praescriptiones in negotio, de quo agimus, vi huius Instructionis facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis Maioribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate processum conficiendi, de quo sub litt. *b)* in casu ibi descripto.

d) Diligenter inquirant utrum ecclesiae et oratoria quibus Ssmae Eucharistiae asservatio iure communi (cfr can. 1265 § 1 n. 1, 2) non competat, hac facultate polleant ex apostolico indulto per Breve in perpetuum aut per rescriptum ad tempus concessum : quoties vero compererint hoc privilegium legitimo iure non esse suffultum, tamquam abusum satagant removere. Praeterea, ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ssmam Eucharistiam in locis, quae de communi iure eadem carent, immo abstineant prorsus, nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis dissitis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fideli et tutissima custodia SS. Specierum requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quandoque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ssmae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Excmis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis **Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum fruuntur, quoties adnotent aut graves**

abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia, reverentia cultuque debito erga Ssmum Sacramentum.

Hae sunt canonicae normae potioresque cautelae, quas huic S. Congregationi visum est locorum Ordinariis praecipere ut vicissim parochis ceterisque Ssmi Sacramenti custodibus pressius commendent exsecutioni tradendas ad quoslibet convellendos abusus, si qui irrepserint, et, quamvis desint, ad eosdem praecavendos : aliae, quae pro temporum et locorum adiunctis magis idoneae videantur ad eundem finem aptius attingendum, eorundem Pastorum zelo sollertique industriae relinquuntur. Eos igitur, his praesidiis adiutos, in Domino deprecamur et obtestamur ut omnibus viribus contendant ad efficaciter Ssmam Eucharistiam tutandam et impia scelestorum hominum molimina arcenda ab eodem Sacramento « *quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei, cum in eo contineatur praecipuum et maximum Dei donum et ipsemet omnis gratiae et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus* » (9). Id quidem erit Ipsis eorumque sacerdotibus et fidelibus pignus indeficiens supernae divinae protectionis.

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia Excmo Secretario H. S. C. die 7 Maii a. 1938 concessa, praefatam Instructionem, ab EE. PP. in plenario Conventu diei 30 Martii anni eiusdem probatam, benigne confirmare et Auctoritate Sua Apostolica ratam habere dignatus est, mandans ut Instructio eadem in officiali Commentario *Acta Apostolicae Sedis* publici iuris fiat et ab omnibus Ordinariis tum locorum tum personarum aliisque, ad quos speciatim spectat, religiosissime servetur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Avant de résumer ce document, fixons-en la nature et le caractère plus ou moins strictement obligatoire. Les *Instructions* émanant des Congrégations romaines ont pour but d'expliquer les lois contenues dans le Code et de leur assurer une plus grande efficacité (1). On leur reconnaît habituellement un rôle plutôt directif que proprement préceptif (2). Cela n'empêche qu'elles sont susceptibles parfois d'imposer de nouvelles obligations (3). L'Instruction que l'on vient de lire se propose d'assurer une meilleure exécution du c. 1269, qui traite de la sécurité nécessaire pour la garde du S. Sacrement. Il n'est pas douteux que certaines parties de cette Instruction ne soient strictement préceptives (cfr n. 7 in fine ; n. 10). Mais par ailleurs,

---

(9) *Rit. Rom.*, tit. IV, cap. I, n. 1.

(1) Motu proprio de Benoît XV, *Cum Iuris Canonici* du 15 sept. 1917, au début du Code.

(2) Van Hove, *Prolegomena*, n. 64 ; Vermeersch - Creusen, *Epitome I. C.*, I⁶, n. 132.

(3) Monin, *De curia Romana*, p. 218 ; Wernz - Vidal, *Ius Canonicum*, t. I, n. 211, III ; Vermeersch - Creusen, *l. c.*

c'est directement aux Ordinaires (4) que la Congrégation s'adresse, les chargeant eux-mêmes de transmettre ses prescriptions à leur clergé, avec des déterminations plus précises s'il y a lieu (cfr n. 10 in fine). Les prêtres responsables de la garde de la S. Eucharistie auraient mauvaise grâce toutefois de laisser aux seuls Ordinaires le soin de corriger les imprudences qui parfois se commettent à ce sujet. Les possibilités d'intervention efficace de l'autorité diocésaine, en une matière aussi concrète, sont tout de même limitées : si elle ne trouve dans tous les prêtres des auxiliaires sérieux et diligents, il lui sera moralement impossible d'obtenir le résultat important que la S. Congrégation a en vue.

Comme l'Instruction entre dans des détails très précis, nous n'entendons pas en donner un résumé absolument complet ; pas plus d'ailleurs que nous n'entendons préjuger des applications locales qui seront décrétées par les Ordinaires. Tout comme le c. 1269 qu'elle commente, cette Instruction traite tour à tour des qualités du tabernacle, de la façon de le garder, du soin tout particulier que l'on doit avoir de sa clef.

I. *Tabernacle fixe et à fermeture solide.* Instr. n. 4.

Sans vouloir imposer les tabernacles coffres-forts, la S. Congrégation les conseille ; elle recommande instamment aux évêques de veiller à ce que les tabernacles, qui sont en usage dans leur diocèse, présentent une parfaite sécurité. Outre la construction en matière résistante (de préférence en métal), le parfait ajustement de toutes les parois, l'emploi d'une forte serrure solidement attachée à la porte, dont les gonds seront eux-mêmes à l'intérieur du tabernacle, il faut qu'une armature de fer, si possible habilement dissimulée, unisse celui-ci à l'autel.

II. *Garde vigilante du tabernacle.* Instr. n. 5.

Il ne suffit pas que le tabernacle présente toute garantie de sécurité, ni qu'il ait officiellement son gardien ; il faut en outre en assurer la surveillance continuelle, ce qui comporte des précautions ordinaires ou extraordinaires, d'après les circonstances de temps et de lieu. C'est ainsi qu'en ville, le gardien, qui ne doit pas être nécessairement un clerc, devra toujours être à même de se rendre compte de ce qui se passe dans l'église, quand elle est ouverte au public. A la campagne, le curé obtiendra le même effet de surveillance par des visites régulières au S. Sacrement qu'il fera lui-même ou fera faire

(4) Ordinaires des lieux et Ordinaires des personnes (dans les ordres d'hommes), comme le note l'approbation pontificale de ce document.

par ses paroissiens. Pour la nuit, il faudra s'assurer, avant la fermeture de l'église, que personne n'y est resté caché ; les portes à battants solides seront munies de verroux, s'ouvrant seulement de l'intérieur ; on ne confiera le soin de fermer l'église qu'à des personnes tout à fait sûres. On recommande l'emploi de sonneries électriques d'alarme ou d'appareils d'éclairage s'allumant brusquement, dès qu'on touche à l'autel ou au tabernacle : encore faut-il que ces avertisseurs *soient bien dissimulés et très souvent vérifiés*.

L'Instruction, s'autorisant du § 3 du c. 1269, fait remarquer que l'on peut pour la nuit, avec approbation de l'Ordinaire fondée sur un motif grave, garder le S. Sacrement dans un lieu plus sûr que le tabernacle (5), et cela pas seulement à l'intérieur de l'église ou à la sacristie, mais même en un endroit privé. Ce qui nous semble pouvoir s'entendre avant tout de la maison du curé. Il est trop clair que le transfert et la conservation du S. Sacrement en une maison particulière réclament un souci très spécial de décence et de respect.

La Cgr. des Sacrements demande que, dans l'emploi de vases sacrés précieux ou l'utilisation d'ornementation très riche pour les autels ou les statues à l'occasion des grandes fêtes, l'on évite ce qui pourrait exciter la convoitise des voleurs : aussitôt que possible après les cérémonies, tous ces objets seront mis en sécurité, ailleurs qu'à la sacristie.

III. *Garde de la clef du tabernacle* (Instr. 6-9).

A la suite du c. 1269, § 4, l'Instruction inculque ici à nouveau aux prêtres le grave devoir de conscience qu'ils ont de veiller, avec très grande diligence, à la garde de la clef du tabernacle (6). A cette fin, elle leur défend strictement de laisser la clef sur l'autel, ou la porte du tabernacle, même le matin au moment où l'on célèbre le S. Sacrifice et où l'on distribue la S. Communion. Elle ajoute toutefois « praesertim si altare (Sacramenti) haud in conspicuo sit ». Ces

(5) Dans l'archidiocèse de Malines, l'ordonnance suivante a été portée le 17 mai 1938 : « Ipsum vas quo S. Sacramentum continetur, in tabernaculo altaris noctu non maneat, sed in capsa aerea (coffre-fort, brandkast) includatur oportet ».

(6) A qui paraîtraient rigoureuses et minutieuses les prescriptions que nous allons résumer, nous conseillerions de lire dans la *Nouvelle Revue Théologique*, 1876, p. 261, le commentaire d'une ordonnance de l'évêque de Gand du 19 mai 1874, sur la garde de la clef du tabernacle. L'auteur cite de nombreuses autres ordonnances particulières, toutes très semblables à l'Instruction actuelle. L'exemple rapporté de l'affreux sacrilège commis à Gembloux en 1875, par la simple ouverture de la porte du tabernacle au moyen de la clef laissée sur l'autel, montre que les recommandations les plus élémentaires ne sont pas toujours inutiles.

derniers mots font allusion à la situation des églises, où l'autel du S. Sacrement est assez éloigné de la sacristie et n'est pas occupé de façon presque continue, pendant les premières heures de la journée, par la célébration des messes. Là où le danger d'un vol sacrilège à ce moment est pratiquement écarté, nous ne croyons pas qu'il faudrait chaque fois, après avoir distribué la S. Communion, enlever la clef de la porte du tabernacle. En tout cas, dès la fin des offices, il faut mettre la clef en sécurité. L'Instruction examine ici différents cas :

a) Dans les églises proprement dites, le prêtre en charge doit garder la clef du tabernacle soit sur lui (si tout danger de la perdre est écarté), soit chez lui, soit à un endroit de la sacristie (meuble, tiroir, etc.) qu'on puisse lui-même fermer et dont on conservera soigneusement la clef. Rien n'empêcherait, en cas d'absence, de confier cette seconde clef au sacristain (Instr. n. 6).

b) Dans les couvents de femmes, la clef sera gardée à la sacristie. Elle y sera déposée, tout de suite après les offices, et surtout pour le temps de la nuit, en un endroit caché, fermé lui-même par deux clefs différentes, dont l'une sera entre les mains de la Supérieure, l'autre d'une religieuse, par exemple de la sacristine, de manière que le concours de ces deux personnes soit nécessaire pour entrer en possession de la clef du tabernacle. L'Instruction impose aux Ordinaires une attention spéciale à cette prescription et leur demande d'en urger l'exécution (Instr. n. 7).

c) Dans les maisons d'éducation et d'hospitalisation, la garde de la clef incombe au Supérieur, s'il est prêtre, ou au directeur spirituel, ou à l'aumônier (Instr. n. 8).

d) Pour les oratoires privés, où l'on aurait la faculté de conserver le S. Sacrement, la clef devra être gardée à la sacristie sous le contrôle de la famille qui bénéficie de l'indult, plutôt que du prêtre qui y célèbre (Instr. n. 9).

Dans ses n. 7 et 8 (ci-dessus *b* et *c*), l'Instruction présente de réelles difficultés d'interprétation. Se basant sur un droit antérieur très net (7), elle rappelle qu'il est interdit aux moniales de garder le S. Sacrement à l'intérieur de la clôture stricte et en conclut logiquement : *clavem S. Ciborii non esse custodiendam inter septa monasterii.* Il faudra donc conserver cette clef à la sacristie. On doit bien admettre dès lors que les deux moniales dépositaires des clefs de la cachette devront les passer par le « tour », avant les offices, au prêtre ou à la tourière externe chargée de la sacristie, et les leur

(7) Cfr les sources du c. 1267, surtout S. C. C., *Granaten.*, 6 maii 1775, *Fontes C. I. C.*, IV, n. 3794.

redemander après les offices. L'Instruction assimile aux moniales les religieuses à voeux simples, les pieuses femmes vivant en commun. Celles-ci également ne pourront conserver la clef du tabernacle qu'à la sacristie et cela même sous double serrure. Que dire, si les moniales à clôture stricte ont un aumônier attaché au monastère ? Que penser des couvents de religieuses qui sont en même temps des maisons d'éducation et d'hospitalisation ? Pour ces derniers, il nous semble certain qu'on peut leur appliquer le n. 8 de l'Instruction, c'est-à-dire laisser au prêtre qui y célèbre régulièrement les offices le soin de garder la clef du tabernacle. Quant aux monastères qui ont leur aumônier fixe, il ne nous paraît pas évident que l'Instruction veuille leur faire un régime plus sévère. Bref, pour ne pas entrer dans plus de casuistique, il nous semble que dans toutes les maisons religieuses (de frères ou de soeurs) qui ont, au moins en fait, si pas en droit, un aumônier stable, celui-ci pourra assurer la garde de la clef, de la façon prévue pour les prêtres de paroisses (Instr. n. 6 — ci-dessus *a*). Cette opinion s'appuie sur la pratique communément admise antérieurement et qui semble bien avoir inspiré tout l'essentiel de la présente Instruction. Dans les cas, de nos jours assez fréquents, de communautés sans desservant fixe, la clef devrait être gardée à la sacristie, sous la double fermeture que nous avons décrite plus haut.

IV. *Mesures complémentaires* (Instr. n. 10).

L'Instruction s'achève par les remarques suivantes :

a) C'est surtout au cours de la visite du diocèse que les Ordinaires auront à se rendre compte de l'état des tabernacles et à imposer les mesures nécessaires. Au cas où celles-ci ne seraient pas rapidement exécutées, les coupables pourront être frappés d'amende, de suspense *a divinis aut a munere.*

b) Si un vol sacrilège se commet dans son diocèse, l'évêque instruira, autant que possible par lui-même, un procès contre le prêtre, même religieux exempt, chargé de la garde du S. Sacrement à cet endroit. Le dossier sera transmis à la S. Congrégation des Sacrements qui statuera sur la proposition de peine faite par le juge instructeur.

c) Le c. 2382 prévoit des peines contre le curé négligent dans l'accomplissement de ses devoirs pastoraux, notamment quant à la garde de la S. Eucharistie, peines qui peuvent aller jusqu'à la privation de la paroisse. Il faudra punir de façon analogue tout prêtre qui a la garde du S. Sacrement et manquerait gravement à son devoir en cette matière. Il ne pourra s'excuser en reportant la faute sur d'autres prêtres ayant célébré après lui au même autel. L'Instruction donne explicitement aux évêques, concurremment avec les supérieurs majeurs, le pouvoir de punir les religieux et religieuses exempts,

qui seraient en défaut sur ce point (8). Toutefois, les supérieurs exempts ne pourront pas instruire le procès prévu dans le cas de vol sacrilège (ci-dessus *b*).

d) Les Ordinaires devront être spécialement vigilants dans les cas où la Sainte Réserve est gardée en vertu d'un indult particulier. S'ils ne trouvent pas cette faculté justifiée, ils s'efforceront d'en interrompre l'usage ; ils pourront même aller jusqu'à la révoquer, si elle a donné lieu à des abus ou imprudences graves. Les Ordinaires se montreront fort réservés pour appuyer les demandes de nouveaux indults de ce genre, et parfois même devront tout à fait s'en abstenir : mieux vaut, dit l'Instruction, que même de nombreux fidèles soient privés de la possibilité d'adorer le S. Sacrement, que d'exposer celui-ci à un danger assez probable de profanation.

Comme nous le disions en commençant, la parfaite observation de cette Instruction suppose, de la part de tous ceux qu'elle atteint directement ou indirectement, des efforts coordonnés, un zèle vigilant qui sera au fond une forme de dévotion respectueuse pour la S. Eucharistie. Il est possible que certains s'exagèrent la difficulté de prescriptions... qui ne répondent pas à la pratique routinière, plus insouciante, et recourent ainsi trop vite à l'excuse. Mais si d'autre part, des circonstances locales particulières rendaient plus dangereuse qu'utile l'exécution littérale de certaines de ces prescriptions, la loi cesserait « cessante fine contrarie ».

E. BERGH, S. I.

---

(8) Benoît XIV, dans le « *De synodo dioecesana* », lib. IX, c. XV, n. 4, reconnaît déjà ce pouvoir aux Ordinaires, à l'égard des exempts et allègue une décision dans ce sens de la Congr. des Evêques et Réguliers du 8 janvier 1724.